



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

madueteri m̄s, piam illā Christianę liberalitatis elemosinę que oblationem, quę ad relig. iofissimum augustissimum-que huius vr̄bis templū excitandum, & ad iram Dei placandam olim instituta est, eam ipsam ad quandam speciem traduci; in qua non vlla modò christi- nę virtutis significatio non eluceat, sed res omnis planè spectetur, quę cum ip- sis profanis & à christiana religione ab horrentibus gentiliū institutis & mo- ribus conuenire videatur: id pastoralis nostri muneris rationi alienum non esse censuimus, ei rei quantum in nobis est occurrere; atque ita prospicere, vt con- seruata illa quę maximè debet, pia ad- modum ac liberali in templo Dei exci- tando atque ornando beneficentia; cui vel magna celestis glorię merces pro- posita est; res ipsa non popularibus spe- ctaculis, sed diuinis laudibus, hymnis, atque ad eò ijs christiã pietatis actio- nibus geratur, quę hominum mentibus non vllam rerum humanarum volupta- tem, sed diuinarum cultum iniiciant. Itaque quę elemosina ab vnaquaque huius vr̄bis regione in singulas portas distributa, fabrica nomine ipsi templo contribui solet; ea non pomeridiano tē- pore, non sub vesperum, sed manè, omni animi religione & mente supplici fiat. Eo præterea processionis ordine præste- tur; vt primò pueri, qui in illius portę seu regionis parochijs doctrinę christia- nę rudimentis erudiuntur, præeant; de- inde ordine procedant homines sodali- tatum, quę disciplinatorum nomine vo- cantur; post hos clerus vniter sus illius regionis elemosinam offerentis: isque & litanijs dicendis, & diuinis laudibus, & hymnis sanctę Catholicę Ecclesię more institutis, id muneris obeat.

Populus verò à parochijs sepè monea- tur, idque præsertim paucis antè huius muneris functionem diebus; quanta ani- mi religione, quàm humili corporis ha- bitu, quàm graui & moderato incessu, quàm rectè atq; ordine hoc ipsū Chri- stianę beneficentię officium à maioribus pietatis ergò institutum obire debeat: ita vt non vlla perturbatione, non con- cursationibus, non tumultibus, non cla- moribus, non profanis spectaculis actio-

nibusve, non canticis denique, quę vel turpitudinis vel offensionis vllam spe- ciem præbeant, id ipsū præstet; sed ita sanè, quemadmodum reliqua omnia præ- stari agique solent ac debet, quę ad Dei laudem referuntur. Videatque propte- rea, ne quę res ad salutem Ciuitatis in- stituta est, ea ipse abutatur ad perniciẽ.

Decretum. XXII.

NE imagines ceree voti causa Eccle- sijs pijsve locis oblatę venditari vllò mo- do possint, ac ne contractę quidem etiã vetustate temporis, nisi concessu nostro in vsum Ecclesię conuertendę sint.

Imagines ce-
ree voti cau-
sa oblatę ne
vendantur.

Decretum. XXIII.

QVÆ res eiusmodi sunt, vnde in ec- clesia Dei offensiones existere facillè so- lent, ijs pastoralis cura occurrendum est diligenter. cum igitur in quibusdam nos- trę diocesis regionibus puellę nobiles non vlla penè habita virginalis pudor- ris ratione elemosinas Ecclesiarum no- mine quærissent, idque fiat non sine qua- dam offensione, & virginalis pudicitię discrimine; illud sedulo curent parochi nostrę diocesis, ne quid tale in suis pa- rochijs posthac vlla ratione admittat.

Puellę nubi-
les ne elec-
mosinam ec-
clesiã nomi-
ne quæreret.

Decretum. XXIII.

NON animarum curatores solim, sed capellani etiam, ac sacerdotes om- nes, in sacerdotalibus ijs cõuentibus ad- sint, qui de ecclesiasticis disputationib; in singulos menses haberi solent. Qui in vrbe sunt, ijs suę quisque portę in cuius finibus domicilium habet, conuen- tui intersint; diocēsani verò ad eius præ- positurę conuentum se conferant, quò eorum cuiusq; parochus conueniet. At illis qui animarū curatores nõ sunt, ne sententiam de ijs rebus dicere liceat, quę in ipsis Conuentibus agentur; nisi ab eo qui præerit, sententiã rogati sint.

Reliquis verò omnibus in Conuentu actis, cum liberius parochi, de rebus ad animarum quę eorum cuique commissa sunt, curationem pertinentibus age- re volent; tunc capellani, & reliqui qui animarum curam non habent, eius qui Conuentui præest iussu discedant.

Hoc decreto Ecclesiarum quę in vrbe col-

Conuentus
sacerdotales